



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Abbas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

REVERENDI PATRIS FRAT-
TRIS BARTHOLOMAEI FVMI, VIL-
lauren. Placentini, Prædicatoriæ familiæ
professoris, pravitatisque hæreti-
cæ inquisitoris,

AVREÆ ARMILLÆ
PRINCIPIVM.



ABBAS debet annū vigesimum quin-
tum incepisse. cl.
generalem de æ-
rat. & quali. ord.
& esse presbyter
extra. e. tit. c. j. & a
monasterio, cui de-
bet præesse, eligi. c. abbatem. 18. q. 2.
de eodemq; monasterio, si ibi sit perso-
na idonea, eligi: aliàs de aliis mona-
steriis. eadem. q. c. quam sit. & Panor.
in c. cum monasterium. de elect. Non
professus, vel alterius religionis, eli-
gi non potest, quanvis postulari.
Debet prælati immediatè superio-
ri confirmari. secundum Host. & ab
Episcopo diocæsano benedici, nec an-
te benedictione debet ordinare. c. quo-
niã videm. d. 69. si tamẽ cõsuetudo
est, q; benedicatur. secundũ quosdam.
ABBAS nõ potest p̄gressse, vel per-
tinere simul ad duo monasteria, nisi
vnum sit sub alio, vel ad aliud perti-
neat. de relig. dom. c. vlti. fin.
ABBAS potest facere, quæ ad offi-
cium suũ pertinet, si Episcopus tertio
requisitus cum humilitate, recuset eũ
benedicere, de sup. negligẽ. præla. c. 1.
ABBAS non potest renũciare ex-
p̄tioni suæ. de arbit. c. cum tempore.
ABBAS potest absoluerẽ mona-
chos suos ab omnibus peccatis & cõ-
suris, nisi specialiter alteri de iure refer-
untur: secundum Innoc. in c. nuper.
de sent. exc. & Tho. in 4. sen. d. 18. q. 2.
2. q. 1. & Arch. Flo. 3. part. titu. 2. c.
77. Panor. tamẽ in c. monachi. de sent.

exc. tenet contrarium, contra commu-
nem opin. prædicatorum, & aliorum
multorum Doctor. Sunt etiam inspi-
cienda eorum priuilegia, super huius-
modi.

ABBAS presbyter benedictus, vel
recusatus, ab Episcopo, potest confer-
re omnes ordines minores in suo mo-
nasterio, & suis monachis, seu illis,
qui vt efficiantur monachi, illuc acces-
serunt, omnibus etiam secularibus, su-
per quibus habet quasi Episcopale iu-
risdictione, & etiam in alio monaste-
rio, si est inuitatus ab eius Abbate, &
illud monasterium sit exemptum, po-
test conferre, aliàs non: secundum d.
Anto. post Host. in c. cum contingat.
de ærat. & quali. ordi. & eadem ratio
est de omnibus ordinibus minoribus
secundum Doct. & præcipue Arch. in
c. quoniã. d. 69. quia hoc priuilegiũ la-
tè interpretandum est: quoniam alteri
non præiudicat.

ABBAS potest dispensare cũ mo-
nachis super irregularitate, quã reci-
piendo ordines in excommunicatio-
ne contraxerunt, facti tamen memo-
riam, vel iuris petitionem non habentes,
& factum non fuit enorme. secundũ
communiter Doct. in aliis autẽ irregu-
laritatibus non potest de iure cõmunĩ
secundum Panor. in c. illorũ. de sent.
exc. nisi expressè ius commune conce-
dat. Potest etiam dispensare in votis
ante religionis ingressum factis. secun-
dum gl. in c. noluit. 33. q. 3. facta verò
in religione, irritare, & annullare. in-
frã, Volum. 7. & 9. Sunt tamen viden-

da eorum privilegia super absolutio-
ne: quia multa habent, sed de iure cō-
muni hæc dicta sunt.

² ABBAS potest consecrare eccle-
sias, vel altare, cœmeterium recōcilia-
re, cōsecrare oleū ad infirmos, benedi-
cere moniales, consecrare corporalia,
benedicere vestes, & vasa, calices, & o-
mnia, quæ ad Dei cultum appropriā-
tur, si habeat à Papa ex commissione,
vel ex iure, vel ex privilegio, vel ex cō-
suetudine scita, & approbata per Pa-
pam: quia hæc non habent actū im-
mediatē circa corpus Christi verum,
sed circa corpus mysticū, ideo per Pa-
pam possunt sacerdoti cōmitti: quia
non sunt stricti ordinis Episcopalis.
Non tamē potest ex cōmissione Papæ,
ordines sacros cōferre: quia hoc circa
corpus Christi verum, vel circa eius
materiam, actum habet immediatē,
& est stricti ordinis Episcopalis. Hæc
eliciuntur ex S. Tho. 4. sēn. d. 7. q. 3. a.
2. q. 1. ad 3. & d. 23. a. 3. q. 1. vlt. & ex
Pet. de Pal. 4. d. 7. quamvis multi: vt
Ab. in c. quanto. de consue. Ang. ver.
benedictio. & Ros. ver. eo. diversa lo-
quantur, quæ adducere longum esset.
Multa alia potest iuxta sua privilegia,
quæ essent inspicienda.

³ ABBAS, seu alius prælatus, nō po-
test sine consensu capituli officialē ge-
neralē cum iurisdictionē, vt gerat om-
nia ecclesie negotia, tã in iudicio, quã
extra, facere: quia hoc cōputari potest
inter ardua nec talis potest esse laicus:
vt in c. iudicatū. d. 89. & sic intelli-
gitur, quod not. Inno. c. edoceri. de re-
scrip.

⁴ ABBATE mortuo, officium prio-
ris claustralis expirat, si ab ipso abbate
fuit institutus, sicut mortuo Episco-
po, officium vicarij expirat: vt no. gl.
in c. lē. sū. de procur.

⁵ ABBAS non venit appellatiōe mo-
nachorum in materia odiosa, licet be-
nē in materia fauorabili: secundum
Doct. in c. sū. de sūmo.

⁶ ABBAS tenetur habere curā ani-
marum sibi commissarum, & mona-
sterij, & magna negligētia est morta-

lis: secundū glos. in c. ea que, de officio
archi. & corrigere excessus subdito-
rum: vt d. glo. dere. iu. c. pe.

ABBATISSA.

¹ ABBATISSA ante trigēsimū an-
nū nō debet eligi. de elect. in 6. c.
indēnitatib⁹. Antiquitus tñ debebat ef-
se sexagenaria. c. iuenculas. 20. q. 1. se-
cus si postuletur. Et dicit Tho. 1. Tim.
5. Inordinatū esse, quod iuenculæ
fiant abbatissæ. Debet etiam esse pro-
fessā ordinem regularem.

² ABBATISSA non potest ordina-
re, nec clauem iurisdictionis, vel ordi-
nis habere, sed ei cōmittitur aliquis v-
sus clauium, sicut cortipere mulieres
subditas: secundum Tho. 4. sēn. d. 19.
a. 2. Et d. 25. q. 2. a. 1. q. 1. ad secundū
dicit, quod abbatissæ nō habet præla-
tionem ordinariam, sed quasi ex cō-
missione, propter periculū cohābita-
tionis vitorum.

³ ABBATISSA post confirmatio-
nem potest conferre ecclesias, benefi-
cia, instituere clericos in ecclesijs ad
suum monasterium pertinentibus,
quæ sunt sibi pleno iure subiectæ,
quò ad temporalia, & spiritualia: se-
cundum Panor. c. dilecta. de maio.
& obe. & sic videtur capax huius iu-
risdictionis spiritualis, quod intelli-
gitur ex commissione, & non ex ordina-
ria potestate: non dat tamē authorita-
tem absoluendi, vel alia, quæ sunt cla-
uium, quarum capax mulier non est.

⁴ ABBATISSA potest aliquo mō-
do suspēdere ab officio, beneficio, &
ordine, puta, subiectis præcipiendo ne
celebrent donec satisfecerint, & simi-
lia: non tamē propriè potest suspēde-
re, ita vt cōtrafacientes irregularitatē
incurrāt. Panor. in c. dilecta. de maio.
& obe. & c. meminimus. de accu.

⁵ ABBATISSA licet non possit ex-
cōmunicare, nec ab excōmunicatio-
ne absoluere: vt in d. c. dilecta. tamē se-
cundum Rod. vt recitat Asten l. 6. ti.
26. suis presbyteris potest præcipere
vt excōmunicent, & absoluant mo-
niales delinquentes, & illi tenentur
obedire, si tamen hoc habeat ex con-
cessione